

re loquendi orientalium natu-
ta videtur, quibus ex femore
sati et liberi idem signifi-
cant. De monte Mero vide
notam Wesselingii ad Diod.
II, 39. et descriptionem
ex libro indicō Bagavadam
apud St. Croix pag. 312.
seqq.

*[επὶ τῷ συμφορᾷ] propter
casum illum, non adversum,
est enim vocabulum me-
dium, neque quidquam ad-
versi accidit Baccho, quod
femori Jovis insutus fuerit.*

Raph.

7. *[σοι λόγιοι] Bacchum
tot gentes bellicosas, eas-
que tum temporis Graecis
ignotas, usque ad Indos
perivisse, nullamque ex iis
praeter Indos subegisse, ve-
hementer dubitat Arrianus
Exped. V, 1, 2. Sed fabu-
losa ea, quae de diis ve-
teres tradidere, non esse
nimium curiose pervesti-
ganda censet. Quis credit
Bacchum et Herculem un-
quam apud Indos fuisse,
quorum religio et mores eul-
tui istorum deorum, quam
maxime obstant? Receptae
tamen sunt istae narrationes
a senioribus de Alexandro
scriptoribus, adeoque mo-
numentis publicis posteri-
tati traditae. (cf. P. Corfini
Herculis expiat. gesta et la-
bores pag. XXXVII.) Strabo
lib. XV. pag. 472. (ed. Ca-
saub.) et seqq. Megasthenem
quidem, ait, fidem antiquis
de India narrationibus de-*

rogare jussisse, at Herculis
res gestas et Bacchi cum
paucis quibusdam credidisse,
quum reliquorum magna
pars, interque eos Eratosthe-
nes, fabulosa ea et minime
credenda arbitrarentur. At-
que omnia ista de Baccho,
Hercule et Prometheo fig-
menta eorum esse, qui Ale-
xandro adulari studerent,
primum ex eo liquere, quod
scriptores non concordent,
sed alii ea referant, alii ne
ullam quidem mentionem
faciant. Neque vero proba-
bile esse, res adeo illustres,
et ambitione plenas non es-
se auditas; et si essent audi-
tae, non videri verosimile,
eas memoratu dignas non
fuisse existimatas, praefer-
tim a fide dignissimis scri-
ptorum. Deinde per quos
Herculi et Baccho ad Indos
transeundum erat, eos nul-
lum certum signum habere,
quo ostenderent, illos per
eam terram transivisse, etc.
Qui expeditionem Bacchi in
Indiam solummodo Histo-
ricis Alexandri tribuunt,
non plane errant. At quum
Strabo I. l. praeter alia et
locum Euripidis (in Bacch.
V, 14-18.) in testimonium
afferat, jam dudum apud
Graecos de Bacchi expedi-
tionibus in Orientem tradi-
tionem existisse; (Bacchus
ibi gloriatur, se Medos, Per-
sus, Bactrianos, Arabiam,
universaque Asiam pera-
grasse) Macedonibus nihil

A 4

tri-